

VINCENTIO KWIATKOWSKI

VIRO DOCTISSIMO UNIVERSITATIS GREGORIANAE  
PHILOSOPHIAE NEC NON THEOLOGIAE DOCTORI  
APOLOGETICES TOTALIS FUNDATORI  
POLONIAE APOLOGETICORUM EXIMIO PRINCIPI  
VARSAVIENSIS STUDII APOLOGETICI PRAESIDI  
IN METHODOLOGICIS PRINCIPIIS  
PROMOVENDIS ATQUE PERSOLVENDIS  
OPTIME MERITO  
EXAMINATORI STRENUO VERITATIS SCRUTANDAE  
STUDIO ARDENTI  
ANNIS DOMINI MCMLVI—MCMLXV  
ACADEMIAE THEOLOGIAE CATHOLICAE  
RECTORI MAGNIFICO  
SOCIETATIS THEOLOGORUM POLONÆ SOCIO  
ORDINARIO  
SCIENTIARUM STUDIORUMQUE INVESTIGATORI  
DECEM LUSTRA LABORIOSE FAUSTE FELICITER  
IMPLENTI  
HOC VOLUMEN  
GRATISSIMIS ANIMIS OFFERUNT  
COLLEGAE AMICI DISCIPULI

VINCENTIUS KWIATKOWSKI natus est Kalendis Ianuariis A. D. MDCCCXCII in oppido Skopiszki Lithuaniae. Classicum Lycaeum maturitatis examinibus anno MCMIX Vilnae persolvit. Eodem anno Seminarium Ecclesiasticum Petropoli ingressus post biennium ab ecclesiasticis superioribus Romam philosophicae nec non theologicae scientiarum ulterius cognoscendarum causa missus est. Annis MCMXI—MCMXIV studiis philosophicis in Universitate Gregoriana se dedit, quae persolvit sub auspiciis Summi Pontificis Doctoris Laurea accepta. Sequentibus annis MCMXIV—MCMXVIII in eadem studiorum Universitate Gregoriana theologica studia dissertatione ad gradum Sacrae Theologiae adipiscendum composita, quae inscribitur: *Formula fidei Hormizdae Papae de primatu Romani pontificis*, persolvit. Quibus persolutis Vincentius Kwiatkowski apologeticae studiis se dedit. Notandum est hisce temporibus valuisse theologiam fundamentalem, quae, ut ipsum nomen indicat, characterem theologicum impressum habet. Promotores hujusmodi scientiae fuisse maxime Gardeil, qui credibilitatem dogmatis et Poulpiquet, qui credibilitatem et appetibilitatem dogmatis pro obiecto formali theologiae fundamentalis statuit.

Annis MCMXV—MCMXX Vincentius Kwiatkowski apologeticae disciplinae operam navans, viam scilicet historiae religionis apologeticae proposuit et proprium systema hujus scientiae elaboravit. Ut vero veniam legendi in Facultate Theologiae Catholicae in Universitate Varsaviensi obtineret, dissertationem ad gradum Docentis, quae *De scientia beata in anima Christi* (Leopoli — Varsaviae 1921) inscribitur, composuit. Inde ab anno MCMXIX—MCMXX in illa Facultate Professoris supplente, inde vero ab anno MCMXXIII Apologeticae Docentis munere fungit.

Quibus in temporibus a Vincentio Kwiatkowski editum est hoc opus:

*De Spinozy modernistyczny naturalizm w Biblii* (De modernistico naturalismo de Spinoza in S. Scriptura), art. w pracy zbiorowej pt. *Biblia i Teologia*, Warszawa — Poznań 1922, 24—45.

Postea vero (usqpe ad annum MCMXXX) has dissertationes edidit:

*O metodzie naukowej w dowodzeniu istnienia Boga* (De methodo scientifica in Dei existentia vindicanda), *Kwartalnik teologiczny*, 2(1924) 490—514.

*Geniusz św. Tomasza a dowód kinetyczny na istnienie Boga* (De praestantissimo ingenio S. Thomae deque Dei existentia „ex motu” vindicanda), *Ateneum Kapłańskie*, 12 (1926) 441—446.

*Stygmaty św. Franciszka z Asyżu w świetle badań historyczno-psychologicznych* (Quidnam investigationes historico-psychologicae ad S. Francisci stigmata explicanda conferant), art. w pracy zbiorowej pt. *Ojcu serafickiemu w hołdzie*, Warszawa 1927, 92—105.

*Pierwiastek autorytetu w religii i moralności* (De auctoritatis elemento in religione et moribus), art. w pracy zbiorowej pt. *Problemy religijno-moralne*, Warszawa 1929, 91—106.

*Pierwotny monoteizm według świadectwa etnologii* (Quidnam de monotheismo primitivo ethnologia testetur), art. w pracy zbiorowej pt. *Idea Boga*, Warszawa 1930, 11—31.

Quibus dissertationibus perpensis atque recensitis anno Domini MCMXXX Vincentius Kwiatkowski professor extraordinarius nominatus est. In sequenti periodo (i. e. usque ad a. MCMXXXIX) magis magisque noster Vir Doctus lectiones universitarias in hac periodo proferendo propriam apologeticam methodum eiusque novum tenorem in lucem profert. Qui quidem progressus facilius ab omnibus conspici potest sequentibus dissertationibus perpensis, Polonus Vir Doctus, immo Varsaviensis Apologeticus suam apologeticam totalem nominavit. Quae moderna apologeticae specificatio longe extra solum „litem de verbis”, quae vocatur, excedit, cum

religiosae veritates religiosaeque res omnes primum ut totum parcipiantur, postea vero ex illo toto singula eius elementa recte deducantur. Praeterea Vincentii Kwiatkowski apologetica methodus iam theologia fundamentalis non est atque ab ea in omnibus differt, cum moderna apologetica vere obiectiva sit, theologia vero fundamentalis prout fidei scientia theologiae dogmaticae ancilla sit atque infidelibus vel non credentibus ea, quae ab Ecclesia credenda proponuntur, prorsus aliena, et „incommunicabilis”, intelligitur. Apologetica totalis scientia historica est ad quam prout id ex sua structura interna i. e. implicative dependet omnes religionis scientiae id est: religionis psychologia (structura dialogica), ethnologia, historia atque philosophia tendunt, eamque suis (ad religionem spectantibus) luminibus quae vocatur, amplificant. Antequam illud Vincentii Kwiatkowski totum opus in lucem prodire posset, necesse erat singulas quaestiones „monographica” methodo, quae vocatur, edere. Quae sunt haec: obiectum et methodi, Christi personae (religioso-individualis) conscientia messianica et divina, conscientia Christi-Ecclesiae religioso-socialis sive Petri auctoritatis primatus, Ecclesiae magisterium, conscientia Jesu motivativa (personalistica et dynamica, praesertim Christi resurrectio).

Quibus omnibus innisi totalis apologeticae noster Vir Doctissimus eiusque discipuli definitionem in lucem proferunt: Apologetica totalis est Jesu Christi apologiae systematica inquisito sub axiologico principio (i. e. eius summi valoris-Sancti).

Quam igitur apologeticae totalis definitionem prae oculis habentes facilius cognoscere possumus, cur tota illa religionis veritatum scientia historica et empirica (non theologica) ad dupplicem thesim (christologicam necnon ecclesiologicam dico) reducta sit. Ut hic finis plenius assequi posset a Vincentio Kwiatkowski sequentes dissertationes compositae sunt:

*Istota chrystianizmu według św. Augustyna* (Quod sit christianismus apud S. Augustinum), art. w pracy zbiorowej pt. *Studia Augustyńskie*, Warszawa 1931, 71—89.

*Zagadnienie apologetyki syntetycznej* (Apologeticae synthē-

ticae quaestiones), art. w pracy zbiorowej pt. Pamiętnik VI Zjazdu Zakładów Teologicznych, Poznań 1931, 184—193. *Zjawisko naukowego okultyzmu a nieśmiertelność duszy* (De occultismi scientifici phaenomenis deque animi immortalitate), Warszawa 1933 (Apologetyczne Seminarium 3).

*Spoleczne podstawy chrystianizmu* (De socialibus christianismi fundamentis), art. w pracy zbiorowej pt. *Christos Soter*, Warszawa 1934, 155—176.

*Problemat ateizmu w Myślach Pascala o religii* (Quidnam B. Pascal de atheismo in „Considerationibus de religione” senserit), art. w pracy zbiorowej pt. *Chrystianizm wobec niewiary i ateizmu*, Warszawa 1935, 121—135.

*U kolebki chrystianizmu* (In religionis christianae cunabulis), Warszawa 1936 (Apologetyczne Seminarium 5).

*Apologetyka totalna I*: Przedmiot apologetyki totalnej (Apologetica totalis I: De apologeticae totalis objecto), Warszawa 1937.

*Apologetyka totalna II*: Metody w apologetyce totalnej (Apologetica totalis II: De apologeticae totalis methodis), Warszawa 1938.

Quae prestantissima Vincentii Kwiatkowski opera apologeticae doctrinam exhibent eaque Varsaviensis scholae apologeticae totalis fundamenta sunt. Quam ob rem Facultas Theologica Universitatis Varsaviensis Vincentium Kwiatkowski professoris ordinarii anno 1939 munere ornavit.

Teutonicae occupationis temporibus, cum Universitas Varsaviensis a Germanis supressa esset, nihilominus professor Kwiatkowski nullis calamitatibus fractus occultas praelectiones nec non exercitationes academicas proferebat.

Qua vero dexteritate nec non humanitate honestateque noster Vir Doctissimus apud Facultatis collegas polleat, documentum est illum anno academico 1933/34 atque annis 1945—1948 Theologicae Facultatis, Universitatis Varsaviensis Decanum electum esse.

Singulae apologeticae totalis quaestiones monographice editae praelectionis academicae infra annos undevicenos

(MCMXX—MCMXXXIX) temporibus novis novisque cum biblicis tum e religionis scientis procedentibus semper augebantur. Quo factum est ut demum anno MCMLIV Vincentius Kwiatkowski singulas adhuc editas monographicas dissertationes unam in absolutam perfectamque synthesim coniungeret. Quae synthesis in eo consistit, ut tota apologeticae materia totaque eius elementa interne coaedificentur cum materiali tum formali implicatione servanda. Quae synthesis apologeticae scientificae materiale obiectum axiomatizare id est eiusdem materiae in quantum id fieri possit, quam maximam unitatem materialem efficere Vir Doctissimus conabatur eius scientiae obiecto formali iam unitate effecta.

Quo factum est ut apologetica totalis obiecto tum materiali cum formali maxime unificato vere prae se strictissimae disciplinae valorem ferret. Quod quidem Varsaviensis quae vocatur scholae apologeticae praestantissimum est. Hoc modo hisque elementis in unum redactis gravissimum Vincentii Kwiatkowski opus anno Domini (MCMLIV—MCMLVI) in lucem prodijt, quod inscribitur:

*Apologetyka totalna I: Formalna systematyka najstarszej apologii chrześcijaństwa (Apologetica totalis I: Christianitatis apologiae veterrimae systematizatio formalis), Warszawa<sup>2</sup> 1955.*

*Apologetyka totalna II: Religijna świadomość Jezusa (Apologetica totalis II: Jesu conscientia religiosa), Warszawa 1954—1956.*

Praeter hoc praestantissimum Vincentii Kwiatkowski opus, editae sunt ab hoc Viro Doctissimo dissertationes hae:

*Experimentum fidei w apologetyce nowoczesnej (De „fidei experimento” in apologetica recentiore), Znak, 4 (1949) 226—245.*

*E. Seiterich, Wege der Glaubensbegründung nach der sogenannten Immanenzapologetik, Freiburg i B. 1938. Operis praedicti recensio critica, Collectanea Theologica, 21 (1949) 122—129.*

*Próba aksjomatyzacji materiału biblijnego w apologetyce tradycyjnej* (Conamen materiae biblicae axiomatizandae in apologetica traditionali), *Collectanea Theologica*, 22 (1951) 86—97.

*Poglądy nowoczesne na budowę przeżycia religijnego* (Quaenam sint recentiores opiniones de structura phaenomeni religiosi in animo), *Polonia Sacra*, 5 (1952) 224—237.  
*Z nowszych badań nad „prehistorią” opisu ewangelijnego o zmartwychwstaniu Chrystusa* (De praehistoria evangelicae descriptionis resurrectionis Christi), *Collectanea Theologica* 26 (1955) 68—108.

*Z przeżyć religijnych podczas wojny 1939—1945* (De experientia religiosa tempore belli 1939—1945), Warszawa 1956 (Apologetyczne Seminarium 8).

*Wyniki badań eksperymentalnych z psychologii religii za okres ostatnich lat pięćdziesięciu* (De progressu religionis psychologiae infra annos quinquaginta) *Collectanea Theologica*, 29 (1958) 178—268.

*Przedmiot apologetyki naukowej* (Scientificae apologeticae obiectum), *Collectanea Theologica*, 30 (1959) 10—19.

*Metoda myślenia naukowego* (De cognitionis scientificae methodo), *Studia Theologica Varsaviensia* 1 (1963) 5—32.

*Od Jezusa historii do Chrystusa kerygmatu. Z dziejów badań nad żywotem Jezusa (1903—1963)* (Ab Jesu historiae ad Christum kerygmatis), *Studia Theologica Varsaviensia*, 2 (1964) 3—30.

*Początki i rozwój Warszawskiej szkoły apologetycznej* (De Varsaviensis scholae apologeticae primordiis et evolutione), *Warszawskie Studia Teologiczne*, 3 (1965) 5—17.

*Apologetyka totalna II: Religijna świadomość Jezusa z Nazaretu* (Apologetica totalis II: Conscientia religiosa Jesu de Nasareth) Warszawa<sup>2</sup> 1962.

*Apologetyka totalna I: Przedmiot i metody apologetyki nowoczesnej* (Apologetica totalis I: Obiectum et methodi modernae apologeticae), Warszawa<sup>3</sup> 1963.

*Apologetyka naukowa w obliczu Soboru Watykańskiego II*

(Apologetica scientifica post Concilium Vaticanum II), Roczniki Teologiczno-kanoniczne, 14 (1967) 5—16.

Iam supra dictum est quod hae Vincentii Kwiatkowski opera attinet „omnino non agi... de numerositate et quantitate sed de pondere ipsorum scientifico et de novitate problematum aut ipsiuh methodi” (Collectanea Theologica, 25 (1954) 7). Aliis verbis loquendo Vir Doctissimus Kwiatkowski non multa sed multum scripsit.

Annis MCMLVI—MCMLXV Vincentius Kwiatkowski Academiae Theologiae Catholicae Varsaviae Rector Magnificus fuit. Restat ut ad calcem huius Viri Docti curriculum vitae eiusque scientificorum operum perveniendo quaedam synthetice repeta-  
mus quae ad Eum Decem Lustra sui operis scientifici peragentum die 19 mensis maii a. MCMLXIX Collegae, Amici et discipuli in litteris gratulatoriis de Vincentii Kwiatkowski moribus ac animi vestigiis scripserunt: „Primum quidem notandum est nostrum Virum Doctissimum veritatis investigandae amore nec nan summa fidelitate pollere, tum eius opera scientifica semper praestantissimi ingenii auctoris nativam vim exhibere.

Quae quidem ingenii vis fundamenta fidei maxime vere scientifico demonstrant. Cum hac ingenii qualitate summa methodi acribia coniuncta atque unificata maximam eamque geometricam Vincentii Kwiatkowski subtilitatem efficiunt. Hae sunt ingenii Viri Doctissimi vestigia, quae ipsorum factorum optimum summeque exigentem iuventutis studiosae atque scientificorum collaboratorum Educatores faciunt. Quae quidem ingenii summae qualitates mirum in modum cum animi simplicitate atque humilitate apud Vincentium Kwiatkowski coalescunt”.

Qui vero hoc solemni congressu die 19 maii anno Domini MCMLXIX in Academia Theologicae Catholicae interfuerunt Sacrorum Antistites, unanimiter Vincentii Kwiatkowski summam Ecclesiae Catholicae fidelitatem morumque integritatem laudaverunt.

*Alexander Grużewski  
gratissimus discipulus*